

LAERTES GERMANICVS.



LAERTES GERMANICUS nationē suam fortiter gubernauit. Is enim non modò suam gentem ab exterorum incursu defendit, uerū etiam loca remotiora bello lacessiuit. Ipso enim rebus præsidente, Germanorum maximus exercitus apud Cimbros collectus, cum suis mulieribus Asiam populati sunt. Eo autem tempore, anno mundi 2600. Troiæ regnabat post Erichtonium Tros, à quo urbs illa nomen sortita est. Sic Laertes ille magna gloria decedens, regnum posteritati permanus tradidit, Beros. Euseb.